



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Sebastianus etiam Bungens. n. 23

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

acceptam, referre se prosperitatem, ac propagationem Regni, & thori sui adhuc sterilis, *fidenter, & saepe professus est. Ita in Imag. 1. sec. Soc. l. 3. c. 9. f. 658.*

23. A SEBASTIANO Bungenſi etiam Rege Sebastiani Bungenſis Regis filio: qui Capralem nostrum morti se ac suos paratos offerentem benignissimis brachijs excepit, & inter multa hisce verbis amore, ac honore plenis dicendi clausulam conclusit. In summa bono este animo: Nam si quæ in alienis Prouincijs contra vestros fiunt iniuriæ, pro meis duco. Vos, quos complexos sinu teneo, profecto nemo priusquam me lædet. *Sic Par. 4. Hist. Soc. lib. 5. n. 240.*

Eorum iniurias proprias ducebat Sebastianus Rex.

A R E G I B V S S I N A R V M.

24. A REGE Potentissimo, qui (ut nouissimis ex Oriente literis præscribitur) religiosissimis iuxta ac sapientissimis Nostrorum hominum moribus delectabatur; & ita apud animum suum statuerat de ijs, ut regendis eos sui vice Regnis, Prouincijsque vastissimis admouendos esse decerneret. Quam quidem principem inter Sinenses Procereſ dignitatem cum intellexit à nobis modestè reiici, versa in maiorem tantæ virtutis admirationem veneratione, socios plus etiam quam ante sibi commendatos, & charos fundo extruendis in Vrbe Regia Sacris ac religiosis adibus imperitiuit. *Ita apud Imag. 1. sec. Soc. l. 2. c. 6. f. 223.*

Et Sinenſis ad Regni gubernacula vult admouere.

Regis fauor erga socios.

His adde, quæ scribit P. Nicolaus Trigausius de Christiana expeditione apud Sinas l. 6. c. 13. fol. mibi 405. Noſtri à rituum Magistratibus comprehensi in arcem legatorum retruſi erant: quod ut Regi conſtitit, dixiſſe fertur: Quorſum hos homines oportuit comprehendi, an fortassis latrones habentur? Eximius hic fauor Regis erga socios fuit: & pro ſingulari gratia ab omnibus habitus. Cui Regis alia beneuolentia ſingularis acceſſit: quæ ſic à citato Trigausio cap. 14.